Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De peculiari regno Christi super Ecclesiam, quod dicitur regnum coeli.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

Visual Library

gnum:tūc nobis omnia ſubiecta, ceu co-
Roma.14. hęredibus Chriſti.Rom.14.& Gal.4.tunc
Galat.4. non erimus ſub tutoribus, ad Gal.4 Ha-
ctenus de regno Chriſti vniuerſali, quod
dono accepit.

CAP. 4. *De peculiari regno Chriſti ſuper Eccleſiam, quod dicitur regnum cœli. Dan.2.*

REgnum particulare patris ſu-
per eccleſiam eſt, & populū
ſuum, in quo regnat per fidē
verbum ſuum, & ſpiritū ſan-
ctum, vnde præcipuè dicitur
Pſal.77. rex Iſrael pſal.77. & 2.Reg.5. & 7. Id eſt
2.Regum 5. & 7. populi fidelis, qui dicitur eccleſia Dei
Numer.20. Num.20. Deut.23.Iudicum.20.1.Reg.17.
Deutero.23. & Iudic.7. Eccleſia ſanctorum. Pſal.149.
Iudicum 20. 1.Reg.17. Vnde quia rex eſt cœleſtis,&adminiſtra-
Iudicum 7. tio ſpiritualis, dicitur regnū cœlorū:con-
Pſal.149. Ioan.18. trariū regno carnali de quo Ioan.18. Re-
gnum meum non eſt de hoc mundo. Il-
Mich.5. lud præbitum eſt Chriſto. Mich.5. Ex te
enim exiet dux, qui regat populū meum
Iſrael. Quod regnum Iudæi cum fanati-
cis anabaptiſtis, ſomniant tēporale. Nos
enim credimus illud ſpirituale habēs pro

ſceptro crucem quæ eſt illis ſcandalum,
cum præſtolentur ſuum Chriſtum victorem orbis, qui debet eos ditare feculentis
iſtis diuitiis, & proſternere hoſtes eorum *Heſt.9.*
quemadmodum factum tempore Heſter
in Aſſeri imperio. vnde apoſtoli nōdum
induti virtute ex alto quærunt primatus
ſuos in illo regno. Matth.21. Dic vt ſedeāt *Math.21.*
duo filij mei vnus ad dexteram & alius ad
ſiniſtrā tuā in regno tuo, & Act.1. Domi- *Actor.1.*
ne ſi in tēpore hoc reſtitues regnū Iſrael.
Sed vos cōuenio, ô Iudæi, Quid prodeſt
illud regnū ſi eſt tēporale iis qui defuncti
ſunt vita ante natiuitatē Meſſię? quid iis,
qui futuri ſunt à morte Meſſiæ? Regnum
enim Meſſię debet eſſe æternū. Dan.2.& *Daniel.2. & 7.*
7. Eſa.9.& Pſal. 71. Sed cū mūdus debeat *Eſaie 9.*
accipere finē. Dan.12. Matth.24.& Lu.21. *Pſal.71. Daniel 12.*
Quomodo eſſet æternū? Tota enim do- *Math.24.*
ctrina euangelica huc ſpectat, vt probet *Luc.21.*
regnum Chriſti ſpirituale. Ioan.17. Si- *Iohan.17.*
cut ei dediſti poteſtatem omnis carnis vt
omne quod dediſti ei, det eis vitā ęternā.
Hæc eſt autē vita æterna vt cognoſcant *Regni & ſacerdotij*
te ſolum Deum, & quem miſiſti Ieſum *Chriſti lata deſcriptio.*
Chriſtum vnde. Rom.8. qui eſt in dexte- *Roma.8.*
ra Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

En regnum Chriſti & ſacerdotium in-
Heb.7. terpellare videlicet. Hæbr. 7. Sempiternũ
habet ſacerdotium ſemper viuens, ad in-
terpellandum pro nobis. Sedet id eſt re-
gnat cum patre. Epheſ. 1. Super omnem
Epheſ.1. principatum, & virtutem, & dominatio-
nem, &c. dat ſpiritum ſanctum & remiſ-
ſionem peccatorum, nos ſanctificat. de-
Iohan 16. & 17. mũ glorificat ſecũ. Ioan. 16. & 17. reſuſci-
taturus ſuos in nouiſſimo die. Lex regni
Iohan. 4. Chriſti ſpiritualis eſt. Ioan. 4. Rom. 8. &
Roma. 8. Epheſ. 6. bella. Ephe. 6. & 1. Pet. 5. & arma ſpiritua-
1. Petri 5. lia. Item ſceptrum regni ſpirituale eſt vi-
delicet verbum, fides, & ſpiritus ſanctus.
Iohan 18. Regnum igitur ſpirituale eſt. Ioan. 18. Re-
gnum meum non eſt de hoc mundo.
Iohan. 4. Chriſtus Deus ſpiritus eſt. Ioã. 4. qui ve-
nit vt nos ſpirituales efficiat, & det bona
quę mundus non poteſt, neque dare, ne-
1. Cor. 2. que intelligere, 1. ad Cor. 2. ex Eſa. 64.
Eſai. 64. Oculus non vidit, auris non audiuit & in
cor hominis non aſcendit, quæ prepara-
uit Deus iis qui diligunt eum, dedit &
Eſaie 9. pacem Spiritualem æternam. Eſa. 9. Quã
mundus non poteſt neque dare neque
Iohan. 14. auferre. Ioan. 14. Quomodo deprimeret
corda noſtra ad iſta terrena quæ ſpreuit?

Math. 8. Vulpes foueas habent, & volu- *Math.8.*
cres cæli nidos, filius autem hominis non
habet vbi caput ſuum reclinet, & Zach. *Zach.9.*
9. Ecce rex tuus venit tibi iuſtus, ſaluator,
& pauper, vt te iuſtificet, ſaluet, ditétque *2.Cor.8.*
ſpiritualibus ſua inopia 2. ad Corinth. 8.
Voluit præterea ſuos terrena relinquere *Rom.8.*
vnde Rom. 8. Cohæredes Chriſti ſi ta-
men compatimur vt & ſimul conglorifi-
cemur: Spe enim ſalui facti ſumus, con-
templantibus nobis non quæ videntur, *2.adCor.4.*
ſed quæ non videntur, nam quæ vidẽtur
temporalia ſunt, quæ autem non viden-
tur æterna ſunt: vnde regnum pacis Salo- *2 Reg.7.*
moni promiſſum. 2. Reg. 7. & Pſal. 88. *Pſal.88.*
Haudquaquã poteſt intelligi niſi de re-
gno Chriſti, quod eſt regnum pacis per-
petuæ. Auguſt. 17. Ciuit. cap. 17. & 20. cap. *Auguſtinus de ciuit. lib.*
9. quod hic eſt ſub cruce. Ioan. 15. & 16. & *17.cap.17.*
2. ad Timoth. 3. Donec in conſummatio- *& lib.20. cap.9.*
ne ſæculi angelus canat receptui, vt re- *Iohan.15.*
quieſcant à laboribus ſuis, quemadmo- *& 16.*
dum corpus Chriſti paſſionibus ſubie- *2. Timot.3. Apocal.14.*
ctum fuit, donec acclamatum conſum-
matum eſt. Nunc. 1. Ioan. 3. filij dei, ſumus *1.Iohan.3.*
& nondum apparuit quid erimus & Col. *Coloſſ.3.*
3. vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto

in Deo. Cum autem Chriſtus apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum
1.Petri 2. illo in gloria, ſumus interim reges. 1. Pet.
Apocalip.5. 2. & Apoc. 5. ſed nunc regnum noſtrum abſconſum eſt. Sumus enim ſub tutori-
Luc.6. bus vſque dum manifeſtetur regnũ Chriſti de quo, Luc.6. adueniat regnum tuum id eſt, manifeſtetur quod erit in nouiſſimo die. Quemadmodum enim, Euange-
2. ad Cor.3. lium eſt adminiſtratio ſpiritus, 2. ad Cor. 3. ſic regnum Chriſti ſpirituale eſt, vt ex-
Acto.15. ponunt Apoſtoli. Act. 15. Dicta prophetarum loquentium de regno Dauid, dando Meſſia, quod hic incipit fide, & conſummatione gloriæ terminatur & viſio-
1.Cor.13. 1.Iohan.3. nis Dei. 1. ad Corinth. 13, & 1. Ioã. 3. Quod
Daniel.2. dicitur regnum cœli. Dan. 2. regnum inquam ſperitualem dans iuſticiam: & vitam ęternam afferens, & potentia Euangelij regens fideles. Vnde prædicatio regni, complectitur pœnitẽtiam, fidem erga Chriſtum, & Euangelium & remiſſio-
Math.3.4.10. nem peccatorum, ceu gratiam. De quo
Mar 1.& 6. Math. 3. 4. 10. Mar. 1. & 6. Lucæ 9. & 10. &
Luc.9.& 10.& 24. 24. Act. 2. 3. & 20. Chriſtus enim regnat in
Acto.2.3. & 20. ſuis per ſpiritum ſuum. Ioan. 14. & 16. & per fidem Euangelij, per quam ſuos iuſti-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſicat & ſaluat. Lucæ 17. Regnum Dei in- *Luc.17.*
tra vos eſt. Illud regnū, olim promiſſum
in veteri inſtrumēto, per omnes prophe-
tas: Sed in nouo teſtamento, reuelatum
& manifeſtatum eſt per Ioannem Bapt.
Chriſtum & Apoſtolos. Ideo dicitur ve-
niſſe. Hierem. 31. Ezech. 34. & 37. Quod *Hieremi.31. Ezech.34.*
vocatur regnum Dauid. Oze.3. Luc.1. & *& 37.*
Eſa. 9. Nam Dauid fuit rex totius populi *Luc.1.*
Dei, qui vocatur Iſraël, ſic Chriſtus nunc *Ozee.3. Eſai.9.*
rex totius populi Dei, qui vocatur do-
mus Iacob. Luc. 1. ſiue Iſraël. Nam veri- *Luc.1.*
Iſraëlitæ ſunt ij, qui colunt, & Deum, &
Chriſtum. Dicitur tamen hoc regnum,
nouum. Regnum ſiquidem Dauid con-
ſtabat vno populo hæbraico, ſed iſtud ex
Iudæis electis. Rom. 9.& 10. & gentibus. *Roma.9. & 10.*
Ioan.10. & 11. & Epheſ. 2. Non enim eſt *Iohan.10.*
diſtinctio Iudæi & Græci. Rom.10. Gen- *& 11.*
tiles conuerſi ſunt Iudæi ſpirituales. Eſa. *Epheſ.2. Rom.10.*
44. Rom. 2. 3. 4. & 11. Carnales enim Iu- *Eſaie.44.*
dæi, qui Chriſtum negarūt regem ſuum, *Roma.2.3.*
illis promiſſum. Zach. 9. Dicite filię ſyon, *4.& 11. Zachar.9.*
Ecce rex tuus venit tibi in commodum
& decus tuum, hi non amplius cenſen-
tur populus Dei. Daniel.9. Non erit eius *Daniel.9.*
populus, qui eum negaturus eſt. Vnde

Eſaie 65. Eza. 65. vocabit ſeruos ſuos nomine alio, id eſt, Chriſtianos & nomen veſtrum erit in iuramentum. Sunt enim nunc Iudæi
Apo.2.& 3. ſynagoga Satanæ. Apoc. 2. & 3. Nunc pa-
1.Cor.15. ter per filium regit ſuum, Eccleſiæ regnū quòd in iudicio tradet patri. 1. Cor. 15. Qui regat per ſe, non per Chriſtum hominem ceu vicarium. Enimuerò non videmus patrem qui, 1. ad Timoth. 6. lu-
1.Timo.6. cem inhabitat, inacceſſibilem, nec poſſu
Exod.20. mus audire vocem eius. Exod. 20. Loquere tu nobis & non loquatur Dominus. Ideo Apoſtoli cum audiſſent vocem
Math.17. patris, ceciderunt in terram. Matth. 17. Chriſtum autem hominem poſſumus & videre & audire. Tunc autem videbimus
1. Cor.13. patrem ſicuti eſt. 1. ad Cor. 13. quando ex Eccleſia militanti migrabimus ad triumphantem ex hoc mundo ad patrem. Reges huius ſęculi cum inaugurabantur, inſigniis regiis honeſtabantur, purpura videlicet, corona, ſeu diademate, fibula aurea & ſceptro. Sed præcipuum quod eos faciebat reges, erat diadema apud Ro-
Vide epiſtolam hebr. manos. Apud Iudæos, autem vnctio, Ideo Chriſtus noſter & vnctus rex & ſacerdos, vt Melchiſedec. Olim primoge-

niti erant reges & ſacerdotes vſque ad Ruben. Propter cuius ſcelus regnum datum eſt Iudę,& ſacerdotium tribui Leui. Sed Chriſtus qui ex vtraque tribu ortus eſt, vnctus rex & ſacerdos vnctione ſpiritus,de qua. Pſal.2.71.& 109. Eſa.9.& 61. *Pſal.2.71. 109.* Rex ſpiritalis & cæleſtis, qui venit vt regnet in nobis, noſtro & commodo,& honore,loco Satane, vt Deus loco Pharaonis regnabat ſuper Iſrael. Vnde tota admi niſtratio iſtius regni ſpiritualis eſt, & cæleſtis.Ioan.18.Regnum meum non eſt de hoc mundo. Lex huius regni rex,iuſtitia, pax,bella, arma, victoriæ præmium, omnia ſpiritualia ſunt, hoc regnū non ſubijcitur more ethnicorum, neque loco, neque tempori,neque influentiis cœli ſicut nec olim hebræi. Deutero.4. & 8. Vnde. Hiere.10. A ſignis cœli nolite metuere. Nam qui ſunt de hoc regno,vncti ſunt in reges. Ideo dicti Chriſtiani, id eſt vncti, quibus omnia ſunt ſubiecta.Rom.8. Hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti.1.ad Corin.3. Omnia veſtra ſunt, vos autem Chriſti, Chriſtus autem Dei.

Eſa.9.61. *Iohan.18.* *Deuter.4. & 8.* *Hebr.10.* *Roma.8.* *1.Cor.3.*